

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

LXXXVIII. Exordium petat sive a textus commendatione, sive ab eiusdem cum
antecedentibus cohaerentia, sive aliunde, ita tamen, ut non sit à scopo &
thematè Concionis planè alienum, longè petatum, ...

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

ao, quod ex visceribus causæ eruendum est, aptiusque post parata cetera, quam in principio sese offeret. Et Masenius Jesuita Palæst. Orat. Lib. I. cap. 16 §. 2. Post totius Orationis corpus repperit, apteque dispositum, de Exordii primum argumento cogitandum est. Itemque Alstedius Lib. IV. Oratoris sui cap. I pag 104. Exordium, inquit non componatur primò, sed ultimò & petatur è visceribus orationis. Qui primam curam Exordii ad ornandis impendunt, prolixiora plerumque, quam par est, componunt, qui verò post reliquas partes elaborant. Exordia, deficiente sapius tempore, brevitati student.

LXXXVIII.

Exordium petat sive a textus commendatione, sive ab ejusdem cum antecedentibus coherencia, sive aliunde, ita tamen, ut non sit à scopo & themate Concionis planè alienum, longè petitum, affectatum, pomposum, abruptum, tritum, aut nimis generale & commune, quod ad plures conciones possit accommodari.

En-

ΕΞΗΓΗΣΙΣ.

NON quodvis Exordium cuius Concioni aptum est, ut verè sensit *Lud. Granatensis* Lib. IV. de ratione Concion. cap. 2. itaque delectus in Exordiis habendus est. Sit verò Exordiū argumento seu scopo textus quàm maxime conveniens & accommodatum, ne Concionator à piscibus incipiat, finiat cum avibus. Atque ita vel à thematis propositi commendatione, vel à coherencia & connexionem textus cum præcedentibus, vel à causà Concionis, vel à temporis, loci aut personarum circumstantiis desumi potest. *Quamvis non ab ipsà re statim exordiendum sit*, inquit *B. D. Carpzovius* Hodeget. Membr. II. Aphor. I § 3. & 4. pag. 21. seq. *tamen ab eo, quod eam circumstat, & cognitionem cum ipso argumento habet, capeffendum semper initium est.* --- In primis verò in Exordiis *SV*aviratem & convenientiam suam habent, 1. Laus & Commendatio textus, quem explicamus, 2. Circumstantia temporis & loci, quando & ubi dicere volumus, 3. Generales sententia, sive in factis, sive in promissis, sive in mandatis, sive in comminationibus &c. ita ut per descensum à thesi ad hypothesin, à Genere ad Speciem, à vaticinio & promissione ad ejus impletionem ac eventum &c. ad argumentum textus

textus deveniatur. (Excitat in auditorum animis attentionem, inquit B. Gerbardus in Methodo Studii Theol. pag. 226. si in enarratione textus ex N. T. petiti Exordium sumatur ex historia quadam typica vel vaticinio Prophetico Vet. Testamenti, &c.) 4. Si Methodus Analytica prædominatur in concione, optimè possunt à coherentiâ textus, ἀνακεφαλαιώσει (vel repetitione partium) præcedentis Concionis, à textu parallelo duci Exordia &c. Si Synthetica præponderat, non invenisse paraphrastica narratio (sive summaria interpretatio) textus loco exordii ponitur. Succinit D. Cbrist. Chemnitius Method. Concion. pag. 201. inqviens; Optima exordiendi ratio est, adducere Locum quendam Generalem, eumque brevi quadam & gravi dissertatione tractare, quæ recta postea in materiam influat, ut genus in speciem. Atque sic Exordium cum themate arctè coherere, & directè connecti, & non per ambitus diversarum sententiarum, earumque contrarias connexiones tortuose ad hoc inferri debet. Qui librū aliquem integrū Scripturæ pro Concione explicat, loco Exordii transitione uti, quā quid præcedente concione dictum, & quid nunc dicendum sit, quomodo item textus propositus cum præcedente cohareat, ostendere potest.

Quæ

Quæ Exordia dicuntur *μεταβατικά*, non tamen totam priorem Concionem, sed summam ejus duntaxat brevissime repetere & cum præsentē textu connectere debet. Hac Methodo utitur imprimis *Chrysostomus* in suis Homiliis, scil. solet argumentum præcedentis concionis repetere, & de quo in præsentē acturus sit, subjicere. Ita Homil. XVI in Gen. Satis, inquit, heri de arbore scientiæ boni & mali exposui: docui enim charitatem vestram varias rationes, propter quas arbor illa scientiæ boni & mali fuerit dicta. Hodie animus est ad sequentiā pergere & de Lapsu Adami agere. Atque hac transiitione usi sunt Patres, quoties continuæ fuerunt Conciones, aut quando integrum aliquem librum explicando pertractarunt, ut observat *D. Hildebrandus* Dissert. de Conc. Veter. cap. III, § 21. Interdum *Chrysostomus* orditur à laude auditorum, eorumq; frequentiam, voluptatem & desiderium in suscipiendâ doctrinâ sacrâ commendat, vide Homil. II. in c. 6. Esa. & XLIV. in Genes. *Augustinus* quoque auditorum suorum frequentiam & Zelum in Exordio commend. Tract VII. in Joh. c. 1, Tom. IX. inquit; Congaudemus frequentiæ vestre, quia ultra, quam sperare potuimus, alacriter convenistis. Hoc ergo est, quod nos

lati-

*letificat, & consolatur in omnibus laboribus & periculis vitæ hujus; amor vester in Deum & pium studium & certa spes, & fervor Spiritus; Idem facit Serm. de Tempor. 244. Tom. X. &c. Basilus ab oburgatione auditorum aliquando exorsus fuit; dicens se ad dicendum segnem ac frigidum reddi, quod conspiciat populum post tot exhortationes, post quadragesimæ jejunium ac vigilias, protinus in ipsâ statim paschæ vespere ad prophana spectacula, ad luxum vestitus & crapulam revolutum. Exemplâ hujus rei habemus etiam in S. Scripturâ, ut Esaia 1.1. & Luc. III. 7. Confer *Er. smm.* Lib. II. de Ecclesiast. seu ratione Concionandi p. 720. seq. Sed undecunque sumantur Exordia, id attendendum est, ut sint 1. *succincta* & brevia, ne auditorem, quem in exordio acuere debemus, primâ fronte heberemus, 2. *apposita* & ad scopum Concionis directâ, ut in limine statim apparere incipiat, quid in concione sit expectandum ac sperandum. 3. *non communia*, ita ut pluribus concionibus accommodari possit, 4. *non aliena* aut *longè petita*, ubi observandum monitum *Alstedii* dicentis; *Exordium nec à propositione alienum, nec cum propositione sit idem, sed affine & cognatum.* (Neque enim res illa in Exordio tractanda, quæ in themate continetur, quia non est ipsum thema, sed saltem*

tem

tem ad thema tractandum quædam præparatio.)
Admonendus Orator facer est, inquit Lu-
do v. VVolzogen. Lib. II. Orat. S. c. XLI. ne
incidat in commune vitium eorum, quæ
sic perplexa faciunt Exordia, ut è Laby-
rintho videantur emergere, nec pervide-
re queat Auditor, quorsum tendat Exor-
dii intricata narratio. Nec clausula Exor-
dii & ad propositionem accessus ex improviso
vel abrupto fieri debet, quod quibusdam in
more positum est, hac vel simili formulâ ine-
ptè utentibus; aber gnug hiervon / wir wol-
len nun zur Erklärung unsers Textes schrei-
ten. Ejusmodi enim Exordia quibusvis Con-
 cionibus præmitti possunt, & dicenda potius sunt
 peculiare Conciones, quàm Exordia Gradatim
 & sensim factâ eorum, quæ in Exordio dicta sunt,
 ad thema Concionis applicatione, ad rem five
 propositionem progrediendum est. Hinc B Ger-
 hardus in Methodo Studii Theol. pag. 226. *Ab*
Exordio non fiat præcepti delapsus, sed per gradus qua-
si descensus ad propositionem, & Dn. D. Olearius Orat.
Eccles. pag. 291. ait; Virtutes & requisita Exordio-
rum sunt; Acumen, Raritas, Brevitas, Concinnitas,
Utilitas, adeoque Elegantiâ, venustas & aptitu-
do ad excitandam benevolentiam atque docili-
tatem.

zatem, cum facili ad propositionem accessu & accuratâ illius connexionem. Ingens vitium est, inquit D. Henric. Müllerus Orat. Eccles. pag. 22. quando Exordium non directè cum textu coheret, sed per ambitus diversarum sententiarum, earumque contrarias connexiones tortuosè in textum infertur. Sint quoque Exordia modesta, verecunda & quodammodo submissa, non nimis sonora & vocalia, debet enim oratio in dicendo crescere, $\Pi\alpha\theta\eta$ conveniunt cōtentioni & perorationi, $\chi\theta\eta$ Exordio. Vide I. Cor. I. 10. & cap. XI. 2. In rebus verò deploratis & prodigiosè malis, rerumq; statu tragico, vehementiora, concitata & abrupta exordia locum habent, vide Deut. XXXII. 1. Es. I. 1. I. Cor. IV. 21. Cavendum denique, ne eam materiam, aut doctrinam in Exordio pertractemus, quæ in explicatione textus, aut applicatione usus postea recurat. Videantur ex nostris B. Meisnerus & Arndius, ex Pontificiis Bessæus & Granatensis, quos cœu præcipuos Exordiorum artifices commendat B. Hülsemannus Orat. Eccles. cap. VI. §. 10. pag. 126. In fine Exordii solebant S. Patres attentionem postulare ab Auditoribus, ut ex Chrysostomo Homil. in Psalm. 117. constat; *attenti*, inquit, *sitis ad verba* *busus Psalmi, quem enarrandum suscepimus.* Idem

Mm

& no